partes datis hujus partibus *D* E & E *F* ſimiles & æquales ſecabitur.

Age rectas *D*E,E *F*,*D F*, & trianguli hujus *D* E *F* pone angu-



los *D*, E, *F* ad rectas illas poſitione datas: (per *Lem.* XXVI) Dein circa triangulum deſcribe Trajectoriam curvæ *D* E *F* ſimilem & æqualem. *Q. E. F.*

Lemma XXVII.

Trapezium ſpecie datum deſcribere cujus anguli ad rectas quatuor poſitione datas (quæ neq; omnes parallelæ ſunt, neq; ad commune punctum convergunt) ſinguli ad ſingulas conſiſtent.

Dentur poſitione rectæ quatuor *A B C*, *A D*, *B D*, *C* E, quarum prima ſecet ſecundam in *A*, tertiam in *B*, & quartam in *C*: & deſcribendum ſit Trapezium *f g h i* quod ſit Trapezio *FGHI* ſimile, & cujus angulus *f*, angulo dato *F* æqualis, tangat rectam *A-B C*, cæteriq; anguli *g*, *h*, *i* cæteris angulis datis *G*, *H*, *I* æquales tangant cæteras lineas *A D*, *B D*, *C* E reſpective. Jungatur *FH*, & ſuper *FG*, *FH*, *FI* deſcribantur totidem circulorum ſegmenta FSG, F*T*H, F*VI*; quorum primum F S *G* capiat angulum æqualem angulo *B A D*, ſecundum F*T H* capiat angulum æqualem angulo C B E; ac tertium F*VI* capiat angulum æqualem angulo *AC-*

E.

E. Deſcribi autem debent ſegmenta ad eas partes linearum F *G*, F*H*, F*I*, ut literarum F S *G* F idem ſit ordo circularis qui literarum B *A D* B, utq; literæ F *T H* F eodem ordine cum literis *C* B-E *C*, & literæ F *VI* F eodem cum literis *A C* E *A* in orbem redeant. Compleantur ſegmenta in circulos, ſitq; *P* centrum circuli primi F S *G*, & *Q* centrum ſecundi F *T H*. Jungatur & utrinq;



producatur *P Q*, & in ea capiatur *Q R* in ea ratione ad *P Q* quam habet B *C* ad *A* B. Capiatur autem *Q R* ad eas partes puncti *Q* ut literarum *P*, *Q*, *R* idem ſit ordo circularis atq; literarum *A*, B, *C*: centroq; *R* & intervallo *R* F deſcribatur circulus quartus F-N *c* ſecans circulum tertium F *VI* in *c*. Jungatur F *c* ſecans circulum primum in *a* & ſecundum in *b*. Agantur *a* G, *b H*, *c I*, & figuræ *a b c* F G *HI* ſimilis conſtituatur figura *A* B *C f g h i*: Eritq; Trapezium *f g h i* illud ipſum quod conſtituere oportuit.

Secent enim circuli duo primi F S G, F*T H* ſe mutuo in K. Jungantur *P K*, *Q K*, *R K*, *a K*, *b K*, *c K* & producatur *Q P* ad

L.

SIR ISAAC NEWTON *Philosophiae Naturalis Principia Mathematica* LONDON, 1687 THE WARNOCK LIBRARY Octavo